

Acta Apostolicae Sedis - Commentarium Officiale
ACTA COMMISSIONUM

PONTIFICIA COMMISSIO
DECRETIS CONCILII VATICANI II
INTERPRETANDIS

Responsum ad propositum dubium

Patres Pontificiae Commissionis Decretis Concilii Vaticani II interpretandis, proposito in plenario coetu quod sequitur dubio, respondendum censuerunt ut infra :

D. – Utrum, iuxta Litteras Apostolicas *Sacrum Diaconatus ordinem*, diei 18 iunii 1967, n. 22, 4, collatas cum Constitutione dogmatica de Ecclesia *Lumen Gentium*, diei 21 novembris 1964, n. 29, clausula *ubi deest sacerdos* requiratur ad validitatem delegationis quae fit Diacono pro assistendo matrimonio.

R. – NEGATIVE, seu clausulam supradictam non esse ad validitatem requisitam.

Ss̄mus Dominus Noster Paulus Pp. VI in Audientia die 4 Aprilis 1969 infrascripto impertita supradictam decisionem ratam habuit, approbavit et publicari iussit.

PERICLES Card. FELICI, *Praeses*
